Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Explicatio in epistolas et evangelia, quae tot anno cantantur - Cod. Ettenheim-Münster 164

Erndlin, Joachim

[S.l.], 1624-1638

In festo circumcifionis

urn:nbn:de:bsz:31-114264

Visual Library

Quæsita circa textum

IN FESTO CIRCUMCISIONIS.

Postquam consumati sunt dies octo
Luc. 2.

Quæres 1.° Quid fuit Circumcisio, et in quem finem
imperata? R. præcisio fuit extremæ pelliculæ membri
virilis, præcepta primum Abraham Gen. 17 simulque cum eius poste-
ris credentibus cum illo in Christum mundi salvatorem ex eius semine
proditurum, ut sic ad promissiones, sive benedictiones eidem Abra-
hæ factas pervenirent, meritó fare magna, quia ma-
gna fuit eius tum obedientia tum fides. obedientia quia iussus
immolare Deo unigenitum filium suum Isaac, efficaciter,
et promptè accinxit se ad parendum; eodem item die
quo imposita ei lex est Circumcisionis, etsi admodum dolorosæ,
se, circumcidit seipsum, et Ismaelem filium suum, et cunctos
vernaculos atque empititios. Fides vero quia credidit
dicenti, quod senio minimé obstante generaret
illum, atque ex eo seu mortuo, seu vitæ reddito fiet Chri-
stum descendere. Fidem hanc ad mentem reducebant
eius posteri, quoties recordabantur signi, quod in mem-
bro illo generationis impressum habebant. Quamquam
et eo relatum est, ut distinguerentur à prophanis incir-
cumcisis, in Christum venturum non credentibus, et tam abo-
minandis ut inter idola sua figuram membri illius
(cui nomen Priapus) reponerent, divinosque ei deferre-
rent honores.

Quæstio 2.ª Acutusne fuit Circumcisio-
nis dolor? R. adeò certè ut de eo legamus Gen. 34
et ecce die tertio quando gravissimus vulnerum dolor est. Et
Act. 15 Quid tentatis Deum, imponere iugum discipulis
quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus suppl.

nisi difficillime. Ex eodem c. 34 Constat Sichimitas
nouissime circumcisos tam fuisse imbecilles, ut no
quiuerint arma capere, et tueri se se, q̄ paucissimos
sed ab ijs interempti sint. Tobis ibidem 40 annis, quos in
deserto exegerit populus suspensa est circumcisio, tan,
dem ob causam seu dolorem longa indigentem quiete,
ut curaretur, incertus autem erat qn̄ uiberent castra mo,
ueri, et quieto interruptâ diu agere.

Quæstio 3ª Quomodo Christus ritu tam duru
uoluit tenerrimus adhuc pati? R. quia alias ansam et oc,
casionem arripuissent Judæi non credendi in eum, p̄texen,
tes uirum non circumcisum, de quo dixit die octauo non circumcidi se,
mine Abraha, nec promissum esse Christum in lege promissum.
Adde quod esset morte et passione suâ seipsum nos redem,
merit, nihilominus quasi moræ impatiens à principio
dira pro nobis pati uoluit, ut quantum amaret nos, et
proprium uellet fundere sanguinem nemo dubitaret.
Quid plura? sicut qui uult reum magnificè à carcere
liberare, carcerem loco eius ingreditur. Ita Christus eo,
mere nos uolens ab obligatione circumcisionis totiusque
legis ueteris circumcidi uoluit, eoque spectant uerba
illa Gal 4 *Misit Deus filium suum factum sub lege,*
ut eos, qui sub lege erant redimeret. At inquis hoc
modo in suspicionem uenit hominis peccatoris, quandoquidem circum,
cisio actus erat, in quo peccatum paruulorum tollebatur,
sapientis autem est, ut annotauit Cicero *non solum carere cri,*
mine, sed suspicione criminis. Hoc quidem uerum
est absque graui causa oritur huiusmodi suspicio, et quan,
do apud homines bona famæ diminutio, secus autem qn̄ subest
causa huiusmodi, ut hic subest, copiosa uidelicet huma,
ni generis redemptio. Quis nescit uiros omnes bono
et sapientes stultos uideri insipientibus. Sic in. loquuntur

Sap. 5 Vitam illorum æstimabamus insaniam, et finem illorum sine honore. Nonne Apostolus 1 Cor. 4 scribit se stultum habitum propter Christum, et exhibere se Dei ministrum per infamiam et bonam famam? Fingebat tum sic stultus haberi, sed tempus providens, quo publice honori suo restitueretur, et iustificaretur, timeretque qui tunc male audiebat, unde in c. illo 5 addunt insensati: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, et inter Sanctos sors illorum est.

Quæstio 4a Cur imitandus sit Christus quod exemplo eius non omnes circumcidimur? Et abstinemus a circumcisione tum quia declararunt Apostoli Act. 15 eam ultra non esse necessariam, tum quia in nobis locum non habent rationes quæ Christum permoverunt. Adde quod hic ritus institutus est, ut supra attigi, tanquam protestatio fidei in Christum venturum. Cum ergo venturus non sit, sed iam venerit, superflua iam est circumcisio, nec aliud sit, quam falsum significare et circumcidentem se obnoxium relinquere toti legi veteri observandæ, cuius partem observat et a beneficiis Christi in quem non credit, excludere. Declarat hoc totum Paulus Gal. 5 Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circumcidamini Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ legis faciendæ. Et post illum S. Chrysost. Sicut in humanis negotiis fieri solet, quando habemus aliquibus fidem, ab ipsis signum loco pignoris accipimus, ubi postea negotium est, tollitur signum; ita Dominus noster, servis [illegible] quando ad veritatis lucem venerit, tollit signum circumcisionis. Ex his colligit S. Th. circumcisionem figuram fuisse baptismi, et ubique cessare

euangelio aduenientes 1. 2. q. 102. a. 5. et
q. 103. a. 1. et 3 ad 4.

Quaestio 5a Si ita est, quomodo factum est,
ut ipse idem Paulus Timotheum circumcideret? nonne
doctrinae suae fidem facto contrario abrogauit? Ex quo
est, quia Galatas iam satis docuerat locum amplius esse
non debere Circumcisioni; verum a Judaeos, qui erant in
Derben, et Lystra, quique valde fuissent scandalizati si
Timotheo ministro usus fuisset, quem sciebant viri natum
Patre Gentili, necdum circumcisum; ad quam offensionem
tollendam circumcidit: non fac ideo aliquid fecit suum, si
fac bene, via hac tempus, medicos multa aegris permittere,
re, quo usque confirmatis viribus subtrahant; Nec legis,
latores statim abusus tollere, sed dare prius operam, ut
legat populus rationi esse contrarios, ideoque eliminandos.
Quam seuere mandatum erat circumcidi paruulos octa,
uo die in deserto tamen, ut paulo ante dicebam, de facto
non est, loco et tempore obstantibus.

Quaestio 6a An Christianis liceat coopera,
ri Circumcisioni Judaeorum? Resp. non licet directe v. g.
eis fabricare, vendere, aut dare instrumenta propria
ad huiusmodi actum sicut nec mensam, in qua synago,
gam aedificent, dicente scriptura declinantes in obliga,
tiones psal 124 adducet Dominus cum operantibus iniquita,
tem et digni sunt morte non solum qui faciunt ea, sed et
qui consentiunt facientibus Rom 1. Et nec communicaueris
peccatis alienis. Sicut neque licet uti iis medicis extra gra,
uissimam necessitatem iuxta bullam unam Sexti V. Nec
illis seruire ut heris suis famuli generaliter, per Caput.
Ad haec de Judaeis. nec cum illis cibum sumere. Vir Clerici
ait Canon siue laici Judaeorum conuiuia uitet nec eos ad
conuiuia quisquam recipiat. quia cum apud Christianos

cibus cibis utantur, indignum atque sacrilegum est, ut ea quae à Christianis fiunt, cum ea quae apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda, ac sic inferiores esse incipiant Christiani quam Judaei, si nos quae ab illis apponuntur utamur, illi vero à nobis oblata contemnant. Neque denique uestem Judaismi propriam (nisi obiter in casu aliquo) induere. In quibusdam provinciis verba sunt Innoc. 3 ad Arch. Senonensem quosdam inoleuit Confusio ut nulla differentia Judaei a Christianis discernantur. Unde contingit interdum quod Christiani Judaeorum, et Judaei Christianorum mulieribus misceantur. Et infra statuimus ut tales utriusque sexus in omni Christianorum provincia et omni tempore qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur.

Quaestio 7ª

Circumcisionis Effectus quis erat? Respondeo nec ex suo remittebat peccata, nec gratiam conferebat, (unde Gal 4 vocatur Infirmum et egenum elementum.) alias Justitia ad eam conferendam fuisset Christus mortuus. Quo argumento utens Apostolus dicebat Gal 2. si ex lege est Justitia, Christus gratis mortuus est, sed in ea fiebat haec peccatorum remissio ex fide eius, qui circumcidebatur, si adultus erat, vel parentum, fidei in qua in Christum venturum, ut docet S. Th. 3. p. q. 62. a. 6. Sed dices videri haec doctrina multum favere hodiernae haeresi, de fide Parentum iustificante parvulos, et deteriorem non conditionem legis gratiae, quam legis veteris, cum in illa ad iustificandos parvulos fides non sufficiat, in hac autem sufficeret. Respondeo id non sequi: nam haeresis illa, nihil praeter Parentum fidem requirit ad filiorum Justificationem, ne baptismum quidem: in lege autem veteri accedere vero fidei huic debebat actualis Circumcisio poena inmoderabili ut supra

vidimus, et longe diversâ à suam modo, quo in lege
nûa iustificantur in baptismo parvuli oblati à Paren-
tibus, vel alijs fidelibus, deinde licet adulti circumcisi
â culpâ liberarentur, n̄ tn̄ ab oī pœnâ, baptizati a libe-
rantur ob gratiam baptismi longe ampliorē.

Quæstio 8ª Circumsisio spiritualis in quo
posita? Et aliquâ spiritualē â Deo exigi verba illa
declarant Rom 2 Circumcisio Cordis in spû, n̄ litera.
et Col 3 Expoliantes vos veterem hoīem cū actibus suis.
et Jerem 9 Oīs domus Israel incircumcisi sunt corde. Po-
sita a. pº est in exspoliatiōe pctī per veram pœnitentiam ait 3.
pœnitemini ergo et convertimini ut deleantur pctā vrā.
Nihil 1 n. superfluum magis, quam pctum. Nihil tam
turpe Jerem. 2. Quam vilis facta es iterans vias
tuas. Nihil aeque erubescendum Rom 6 Quem fructum ha-
buistis in illis, in quibus nunc erubescitis. Nihil tam
perniciosum, cum per illud hō â gratia Dei excidat, et ange-
lorum, et meritorum oīum præteritorum iacturam faciat, ut
de eo recte dici possit illud Claudiani

Heu heu quam brevibus pereunt ingentia causis
Imperium tanto quæsitum sanguine, tanto
servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit armis
Proditor unus iners angusto tempore vertit.

Item circumcidenda, et amputanda pctorum radi-
ces, n̄ quidem naturalis videlicet concupiscentia, sive
appetitus sensitivus, sine quo n̄ vivit hō, sed acquisita
i. habitus vitiosi ad siles actus semper inclinantes.
Circumciduntur a. contrarijs actibus superbiendi desisti et
humilis, fiet ex superbus humilitate et desinens superbus esse
fiet humilis. Item tot cogitationes turpes,
inanes, vanæ, hypotheticæ (u. g. si rex esses hoc facerem

hoc dicerem, hoc statuerem) ad nihil utile, nisi ad
pretiosi temporis iacturam, tot judicia temeraria de dis-
positione circa mundi administrationem, de intentio-
[illegible]orum, de negotijs ad te non pertinentibus, de rebus
in quibus minime versatus es. Item recordatio
acceptae iniuriae non cessantis turbare mentem, et ad vindi-
ctam impellere. Levit. 19 Memor non eris iniuriae civium
tuorum. Addi[t] [illegible] Magnanimus non est iniuriarum me-
mor, cum magnanimi sit non meminisse, et praesertim ma-
iorum, sed eas potius despicere. Item judicium
proprium [illegible] judicio plurium atque sapientum;
nam [illegible] plus, certiusque vident oculi, quam oculus,
quod uni fugit patet alteri. Hinc senatoribus ad delibe-
randum, eligendum, ius dicendum congregatis sententia
statur maioris partis. Nonne in quavis statera maior
numerus aequalium lapidum quoad pondus minori praevalet?
Sed praecipue abnegandum est iudicium proprium quoties ad-
versatur veritatibus divinis, aut in [illegible] Concilio definitis.
[illegible] in Ecclesiam quae columna est veritatis, nec errare
potest. Per illam loquitur Deus quis contra praesumat? Hic hic
in captivitatem redigendus est omnis intellectus in obsequium fidei,
ut loquitur apostolus 2 Cor 10 ne alias in nos maledictio illa
descendat. Vae qui sapientes estis in oculis vestris
et coram vobismetipsis prudentes: et magis ma-
gisque obstupescamus [illegible] illud Eccl. 7 Ne sapias plus
quam necesse est, ne obstupescas. Et cuncta tentavi
in sapientia, dixi sapiens efficiar, et ipsa magis recessit
a me. Hoc praesentiens S. Hier. dicebat fateor mi Domni-
on et Rogatiane, me in divinis voluminibus nun-
quam propriis viribus credidisse, sed et de quibus
me scire arbitrabar, interrogare me solitum quanto

magis de iis in quibus anceps est. Hic denique a
licitis abstinendum, dicente Apostolo 1 Cor. 11 si quis videtur
contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque
Ecclesia Dei.   Item circumcidenda voluntas propria,
imperium detrectans Dei, et legitimorum superiorum
ut suam stabiliat, Nihil enim iniquius conante non se Deo,
sed Deum sibi subijcere, et transilire fines, de quibus
Deuteron. 27 Maledictus, qui transfert terminos, et dicet omnis
populus amen. Pulchre S. Anselm. sicut Corona soli regi
convenit, sic propria voluntas soli Deo, et si regem inhono-
raret, qui ei coronam auferret suam, sic Deum inhonor-
at ille, qui ei aufert propria voluntatis privilegium.
Et sicut propria Dei voluntas est omnis boni fons, et
origo, ita propria hominis voluntas omnis mali. Itemque ex
Cicer. S. Aug. epist. 121 Ecce autem alii non philosophi quidem, sed
prompti tamen ad disputandum omnes aiunt esse beatos,
qui vivunt ut ipsi velint: falsum id quidem, velle enim
quod non deceat, illud ipsum miserrimum. Nec tam mi-
serum est non adipisci quod velis quam adipisci quod
velle non oporteat.   His duabus ultimis circumcisio-
nibus nulli magis quam novatores indigent, iudicio
suo addictissimi, et liberae vitae amantissimi.
Item circumcidendi abusus linguae, et sensuum.
namque effraenis linguam nec quiescit ipsa, nec alios
sinit quiescere, sed perturbat censuris suis, dicterijs,
calumnijs, detractionibus, clamoribus, contumelijs.
inquietum malum, plena veneno mortifero Jac. 3. Ad
visum quod attinet Eccl. 9 ~~propter~~ speciem mulieris multi perie-
runt, ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Hinc
tanta laus Alexandri Magni videre nolentis speciosas

varij regis filios, ne eas concupisceret. Hinc salubre illud
Consilium Cypriani vitandi obscena spectacula, quae adulteria
discit, dum videt, et lenocinante ad vitia publica authoritatis
malo, quae pudica forte ad spectaculum matrona processerat
de spectaculo revertitur impudica. Auribus abutimur
cum aperimus detractionibus, nugamentis novis inu-
tilibus, cantilenis verbisque lascivis, haereticis, adulato-
ribus Job 31 Halitus eius libidinosi prunas ardere
facit. Ulysses ne a prosecutione coeptae Navigationis
avocaretur, cavit ad molles Syrenum voces attendere, ideoque
cera sepivit aures suas. Tactus alienorum corpo-
rum ait S. Hier. l. 2 contra Jovin: et foemina ardentior
appetitus vicinus est insania. Ne Adam et Eva prae-
dicere ad eius fructus de arbore scientiae vetuit Deus
ne illam contingerent. Tolo tacta fera sin statim,
non ita multo post cadit. Referendi denique superflui sum-
ptus circa satellitia, quinia, et vestes pretiosas de
quibus Greg. Magn. hom. 6 in Evang. Nemo existimet
in studio et luxu pretiosarum vestium deesse peccatum,
quia si hoc culpa non esset nullo modo Dominus Joannem
de vestimenti ipsius austeritate laudasset. Nunquam
amplius foeminas a pretiosarum vestium appetitu compesce-
ret dicens non in veste pretiosa. Et sane qui sic
in res inanes effundunt sua, saecularis gloriae man-
cipia sunt, cui tam impendiose serviunt, exhauriunt
tandem rem familiarem, debitis opprimuntur, in igno-
miniosam labuntur penuriam, videntur a sapien-
tibus ut poto deficientes pro mensura facultatum
sumptus facere, sicut videntur opifices proportionem non
servantes suis in opificijs; odio denique sunt, et scandalo

quia hoc modo Cupiditatem accendunt a mulato,,
rum amici volentium.

Quæstio 9a Nomen Jesu, à quo et cur
impositum est Christo Dno. Rx impositum est a Deo,
interpositis tn B. Virgine et S. Josepho Luc 1 vocabis
nomen eius Jesum verba sunt angeli ad Virginem.
eadem ab eodem dicta sunt S. Joseph Mat 1. sed cur
interpositâ Matre, cum imponendi ius patris magis fuerit
quam Matris: vide Luc 1. cum S. Elisabeth filium suum
vocari noluisset Zachariam, sed Joannem exceperunt asti,,
nes nominis insuetudinem, et Zachariam accendentes
nutu interrogabant quem vellet vocari eum, cur inter,,
posito S. Joseph cum verus non fuerit Christi pr. Rx nec
positor fuit proprius et primarius impositor, sed ut dixi
solus Deus interprete angelo. Et minime alienum
à Matribus fuit imponere plibus suis noia. Nomen
Eua Gen 4 filium suum 3m appellavit Seth. i. positus
dicens posuit Deus semen aliud pro abel, quem
occidit Cain c a. 30 Bala ancilla Rachelis
duos filios suos Dan et Nephtali; S. Joseph non
erat verus Christi Pr, quia tn Patris instar esse debe,,
bat quantum ad temporalem Christi, Matrisque oeconomiam
seu providentiam domesticam, indultum est, ut aliquo
modo huius nois impositio ab eo penderet. Hinc
S. Chrys. hom 4. in Mathæum angelum introducit
dicentem. Etsi nihil habeas in hac generatione cum
tu quod est proprium patris, quodque nihil lædit virgi,,
nis dignitatem, hoc tibi concedo, ut sibi nato imponas
nomen. Et infra quamquam non sit filius tuus tu
tn curam erga illum, et sollicitudinem ostendes paternam
propterea tibi illi ab ipsâ statim nois impositione approprio.

Quæsita circa Textum.

Ad nomen Jesu quod attinet palam est decere, ut nomina accommodata rebus imponantur, cum sint eorum quodam modo capita; sicut enim ineptus esset, qui collo equi vellet humanum caput imponere vel humano equinum iuxta illud Horatij in arte

Humano Capiti ceruicem Pictor Equinam
Jungere si uelit, et uarias inducere plumas
Spectatum admissi risum teneatis amici.

Ita ridendi sunt, qui nomina personis imponunt minime conuenientia; ut si Moyses uir longe mitissimus appellatus fuisset Seuerus. Laudandus quoque ut Adam brutas animantes ad se adductas Hebraicis efficacibus nominibus tam appositis, ut earum naturas, proprietatesque exprimerent: non minus quam apud Latinos Coaxatio uocem ranarum, hinnitus uocem equorum, boatus uocem boum; multo magis Deus hoc obseruare disposuit, et Christum uoluit Jesum appellari, quod uox saluatorem significat ut potè futurum uerum mundi saluatorem, quantum est ex se est, ita ut culpa suâ solâ pereant, quicunque pereunt, quia Christo nolunt cooperari ubi de Esau scribit S. Aug. Noluit Esau, et non cucurrit, sed si uoluisset cucurrisset et Dei adiutorio peruenisset. supple ad uitam æternam. Nec quomodocunque saluauit, seu redemit nos Christus, sed modo prorsus inaudito, morte nimirum suâ et sanguine, et liberauit nos â malis duobus infinitis, uidelicet â pœnâ damni, et pœnâ sensus de quibus l. 12 de diuinis perfect. c. 10.

Quæstio, 10ª

Sortitusne est alia nomina? R. est: uidelicet Christus et Sanctus Dan. 9. et Emmanuel Isaiæ 7. id est nobiscum Deus, et admirabilis Pater futuri sæculi, princeps pacis, Isaiæ 9. et Oriens Zach. 6. Sed hæc alia implicitè in nomine Jesu continentur. Debebat enim hominem illum qui saluaret nos esse simul Deum, ut ea quæ fiebant pro nobis, aut patiebatur uim haberent

pretiumque infinitum; utque nobiscum habitaret, eodemque se mirandis operibus, et exemplo instruens, ut item ple-nus esset gratia et donis, quibusque divinis, tanquam unguen-tis pretiosissimis: et Soli Iustitiae orienti, et doctrina sua al-tissima depellenti mundi tenebras. Ut denique salvando nos, et transferendo ad regnum caelorum probaret se admira-bilem, futuri patrem saeculi aeternae pacis principem.

Quaestio 11a. Utrum nomen potius censendum est Jesus an Christus? R. Jesus cum sit nomen proprium per-sonae, et ... sonat incomparabile; Christus autem nomen dignitatis. Praeterea miracula interposito nomine isto fa-cta legimus, secus autem interposito nomine Jesu. Eo arma-tus S. Antonius quoque daemones virtute propulsabat. Nullam re-rum Caesarem aeque laudabat Cicero quam quod salvos esset plurimo-rum. Nihil habet natura tua melius, in fortuna nihil maius quam ut velis, et possis salvare quamplurimos.

Quaestio 12a. Suntne nomina eius aliis quibus-dam communicata, et quare? vel hoc certe decenisse. R. Siquidem nam Josue dictus est Jesus, et post illum filius Jose-dech Zach. 3. Christi nomen ad multos extensum est unctos solitos unguento materiali v.g. ad sacerdotes 2 Mac. 1. Qui erat de genere Christorum sacerdotum; ad prophe-tas Psal. 104 Nolite tangere Christos meos, et in pro-phetis meis nolite malignari. Ad Reges nam Saul dictus est christus Domini. Huius rei causa est, quia typum figuramque gesserunt Christi; nam Josue populum traduxit in terram promissionis, filius Josedech ma-gnus sacerdos fuit, et ductor populi de captivitate redeuntis: unde Euseb. l. 4 de demonst. c. 29 Iste ma-gnus sacerdos qui dicitur Jesus aptissimam imaginem, et na-tam evidentissimam formare nobis ex salvatoris nomine omnium Jesu Christi

Quaesita Circa Textum

Quaestio 13a Fasne est nomen Jesu honore
aliquo afficere v. g. aperiendo caput cum profertur, vel ge-
nu flectendo vel exprimendo literis aureis. Ex negant Haere-
tici, nos asserimus cum B. Paulo cuius ad Phil. 2 verba diser-
ta sunt In nomine Jesu omne genu flectatur etc. Quin? hunc illi hono-
rem principum suorum nominibus prolatis et Christi nomini non habebunt?
Audiunt David dicentem Laudate nomen Domini, illi non lau-
dabunt? plusquam ducenties profert illud apostolus in suis epistolis,
et non erubescent illud nunquam aut non nisi raro pronuntiare?
Videant se agi spiritu Diaboli illud refugientis? et multum
distare a spiritu Augustini cui Hortensius Ciceronis hoc solo
nomine displicebat l. 3 Conf. c. 4 quod nomen Jesu in eo non in-
veniret. Ad prolationem nominis huius quot miracula pa-
travit Deus? hoc a quid aliud, quam honorem ei huic
alique? Nemo tamen virum audet illud vel sibi, vel fi-
liis suis imponere, tum quia Christi figura non est, tum quia ni-
mio distat intervallo a Christi virtutibus. Nomina potius
mutuamus partim a Beatis Apostolis, et insignibus aliis SS legis
nostrae Evangelicae, veterisque a SS legis naturae, vel
Mosaicae, tum quia priores illi magis ad nos pertinent, et in eadem
fide, religioneque nobiscum conveniunt, tum quia sanctitate
ac miraculis praecelluerunt, et longe maiora reis grati sunt
praesertim per martyria ideoque fortius ad imitationem pro-
vocant sibi cognomines. Hinc S. Chrys. Non passim nomina
imponamus pueris, sed sanctorum virorum, qui virtutibus
fulserunt, plurimamque erga Deum habebant fiduciam.
Oppositum faciunt hodierni haeretici, ad quod dicendum
nati, vsoris sanctorum Christi martyrum, amici
Judaeorum, nec aliis utentur, quam horum nomen
elaturis. Hinc tot apud eos Adami, Abrahami,
Isaaci Jonae, Joeles, Jeremiae, Danieles Evae, Susan-
nae, Rachel, Rebeccae, Judithae etc.